ad munimenta ad Executorem vel alios quibusvis Rela-
tionibus et Legalibus impedimentis non differendo
ad quietandum ultra proximos Officii praefati Castrensis
Premysliensis Terminos Iudiciales sibi non reassumpsit nul-
lasque Motiones appellationes ac earum prosecutiones fa-
ciendas ac praemissa omnia poenis simplicibus vel tripli-
catis Suaclonibus suspensionibus fatalis dilationis
tempore belli Conventionesque aliisque quibus-
vis Iuris remediis et defensis fori subterfugiendo
nec modo quovis evadendo hac sua praesenti personali
recognitione ad praemissa eius mediante.

Siedliski Consorti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque prae-
sentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus An-
dreas Clemens Siedliski olim Generosi Joannis Siedliski
cum Generosa Sophia de Lean procreatus filius. Sanus
mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus
Iurisdictionibus quibusvis propriis et competentibus re-
cedens praesenti Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premy-
sliensi quoad actum praesentem attinet se ac bona sua
universa generaliter sub totaliter et plenarie incorporando
atque subiciens palam libere publice ac expresse recognovit
Quia ipse Generosus Catharinae Sobiekurska Generosi Jo-
annis Sobiekurski ac Generosae Ludgarda de Woycie
procreatae filiae Suae Voluntario Consensu Suo et illius
praesentis Summam Mille Florenorum Polonicalium a tempore
vero Votis et expeditionis post eam acceptae et in do-
mum Suam importatae. Necnon aliam similem Summam

Mille Florenorum Polon[icalium] ratione Veri iustique dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniarum necnon auri argenti Clenodiorum Vestium Vestimentorum Equorum Equiciorum pecorum pecudum [illegible] Stanni Cupri Orichalci totiusque supellectilis domestici nunc habiti et in post habendis dat donat dotalitiat inscribit et reformat prout praesentibus dedit donavit dotalitiavit inscripsit et reformavit. Per ipsum ipsique post eius medietate bonorum praefatorum modo praemisso reformatorum cum omni praemisso iure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis medietatis bonorum praefatorum utilitatibus fructibusque proventibusque redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis tenendi habendi possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi et ad usus suos libitumque suorum pro tunc beneplacitos libere et effectualiter convertendi Vigore aliarum Reformationum hactenus et diutiusque in Regno observari solitarum. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante [illegible] Actis Castrensibus Siedliskie Constituens suam

Sobiekurski Siedliskie Quietat

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Sobiekurski sanus mente et corpore exemptus a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibus [illegible] propria et Commissis recedens praesenti Vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad acta praesentia attinet se [illegible] generaliter [illegible] totaliter et plenarie